Mythologia, Francfort, 1581 - X [130] : De Rhea

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document *est une version augmentée de :*

Mythologia, Venise, 1567 - X [124] : De Rhea

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 05 : De Rhea

a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

Mythologie, Lyon, 1612 - X [130] : De Rhee

est une traduction de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

Mythologie, Paris, 1627 - X [130] : De Rhee

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581
ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307
Formatin-8
langue(s)Latin
Paginationp. 1070

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiquesRhéa
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 28/04/2023

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6175?context=pdf

Solis eleuatum: quoniam aere vi Solis humectato pars leuior ſurſum elata paulo pòſt deorſum demittitur, atq; cogitur. cùm verò pars ſubtilior ad ignis regionem feratur, pars illa grauior à Ioue deorſum demittitur, quare à Pegaſo deiectus fuit Bellerophon. Alij hoc ad totam elementorũ naturam, circularemq; motum generationis tranſtulerunt.

At Ethicè.

Sapienter eſſe humanam vitam tranſigendam demonſtrabant: quia neq; aduerſis nimis triſtari, neq; felicibus rebus nimis gloriari opus eſt: quibus omnibus adhibenda eſt animi moderatio, & diuina clementia non minùs in proſperis quàm in aduerſis imploranda. Qui enim per felicitatem Deum ſibi conciliarit, is ſi quid aduerſi poſtea contingat, eum iam placatum & adiutorem conſequetur. At ſi quis nimium felicitate rerum præſentium efferatur, neq; moderatione vti cognouerit, ille ab omnium ſcelerum, omniſq; arrogantię vindice Deo de ſumma felicitate deijcitur.

De Rhea.

Ad exprimendam verò terræ naturam, multa fuerũt ab antiquis de Rhea, deq; eius ſacrificiorum ritibus memoriæ prodita. eſt autem Rhea vis terræ, quæ ad rerum generationem pertranſit. atq; lora quæ ferri & æris ponderibus totam pulſabant, hanc ventis, & imbribus, & grandine, & omnibus quę de cœlo decidunt, pulſari ſignificabant. Hæc dicta eſt in aere pendere, nullamq́ue in partem magis deuergere, quam turrita corona inſignitam idcircò in curru vehi finxerunt. Vocata eſt omnium Deorum mater, quia (vt diximus) omnium corporum naturalium ſit ſedes & fundamentum, circa quam & ex qua omnis fit animalium generatio, & elementorum ferè mutationes. atq; harum mutationum celeritati plurimum cõfert ventorum natura, qui miniſtri ſunt frigoris & caloris. nam omnis vis naturæ plurimum ab illis adiuuatur.

De Latona.

Neq; verò ſimplex de mundi ortu explicatio per fabulas excogitata eſt ab antiquis: quippe cùm ex informi materia, quam chaos appellabant, natum eſſe primùm Solem ac Lunam crediderint. nam Latona dicta eſt chaos, quòd omnia naturalia corpora in ea permiſta & confuſa latuiſſe credita fuerint. Alij dixerunt Latonam eſſe terram, cui Iuno obſtitit de

parere

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6175?context=pdf